EPISTOLA

PASTORALIS

AD CLERUM

POPULUMQUE UNIVERSUM

FERRARIENSEM.



ROMÆ MDCCCXXIII

EX TYPOGRAPHIA JOSEPHI SALVIUCCI

Facta a Praesidibus potestate.

CAROLUS
TITULI SS. XII. APOSTOLORUM
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
ODESCALCHIUS
MISERATIONE DIVINA
ARCHIEPISCOPUS FERRARIENSIS
ET S. R. I. PRINCEPS

Ordini Canonicorum, Parochis, utrique Clero et Populo universo Ferrariensis Ecclesiae, pacem et salutem a Domino sempiternam.

Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebrae, simulatque vox auribus meis insonuit, me vestrum, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Episcopum esse designatum. Quî enim non totis artubus contremiscerem, quum ex hac parte mecum ipse meditarer qua vitae integritate, qua prudentia, doctrina, vigilantia, et quibus ceteris clarissimis virtutibus praestare eum oporteat, qui debeat esse *custos ovium Christi, Ecclesiae sponsus, sal terrae, et veluti lucerna super candelabrum posita*,

ac lux mundi (*a*); ex illa vero [illegible] becillitatem
meam perspectam atque explora[illegible] haberem,
quae minime potest muneris hu[illegible] non huma-
nis modo, sed *Angelicis* etiam [illegible] *meris for-*
midandi (*b*), et de quo distric[illegible] supremo Pa-
stori animarum, *Pastorum 'pri*[illegible]*pi* (*c*) Chri-
sto Domino ratio est aliquando [illegible] denda, gra-
vitatem sustinere?

In tanta animi fluctuation[illegible] principio ex-
pandi manus meas, et levavi[illegible]*or meum ad*
Dominum: tum coram adivi, [illegible] illum ipsum
alloqui volui, qui Vicariam Cl[illegible]sti hic in ter-
ris gerit operam, ut tanto on[illegible] ferendo me
omni ex parte imparem esse si[illegible]ficarem, orans
multis et supplicibus verbis, [illegible], si fieri pos-
set, *transiret a me calix iste* [illegible]ei etiam obsti-
ti fortasse audacter. Quamqu[illegible] autem nihil
unquam ab PIO VII alii frus[illegible]a petierint, at-
que ut primum viri etiam s[illegible]nctissimi omni-
que virtute praediti Episcopa[illegible]um, ad quem
summa cum bonorum omni[illegible]m efflagitatione

(*a*) Math. 5. vers. 13. et 14.; atque [illegible] ex aliis Scripturae locis.
(*b*) Trid. Sess. 6. de Reform. cap. [illegible] 1.
(*c*) 1. Petr. 5. 4.

et contentione arcessebantur, se defugere professi sunt, Pontifex benignissimus eorum precibus annuere non recusaverit; nullis tamen ego neque rationum momentis, neque obsecrationibus impetrare valui, ut de sententia decederet, ac alter meum in locum Antistes sufficeretur.

Quid igitur? Num idcirco, mihi ipse diffidens, operam, quam a Me *mater Ecclesia desiderat*, contra Augustini ad Eudoxium monitum, *blandiente desidia respuam*? An potius unum mihi agendum superest, ut ejus voluntati, imo vero etiam jussis acquiescam, quem qui audit, Deum ipsum audit, potissimum cum idem ipse Pontifex se Dei nomine id mihi indixerit, atque indignationem quoque suam, ni obtemperarem, interminatus sit?

Itaque spem omnem ponam in Domini ac Dei nostri misericordia, qui *potens est de lapidibus suscitare filios Abrahae* (a), quique *de stercore erigit pauperem* (b), *et infirma mundi eligit, ut fortia confundat* (c). Cum

(a) Matt. cap. 3. vers. 9.
(b) Psalm. 112.
(c) I. Corint. cap. 1. vers. 27.

***

Davide clamabo: *Ego sum qui* [illegible] *cavi; isti sunt oves, quid fecerunt?* (a) Ve[illegible]m erit, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, [illegible] becillitatem novi Pastoris ita privatis publi[illegible]ue precibus sustentare, ut Deus meas omne[illegible]anet infirmitates, ejusque *dextera*, quae [illegible] exaltavit, in me *faciat virtutem*, ac me[illegible] dirigat gressus in viam salutis et pacis.

Alacri ergo animo hoc i[illegible] die, quo me Dominus sancto chrismate per[illegible]xit, primo pastoralis officii mei munere fu[illegible]i cupiens, has vobis omnibus litteras mitter[illegible]constitui. Vobis grates ago quam maximas, [illegible]i primum, vix accepto electionis meae nunc[illegible], incredibili voluptate perfusi, singularibus [illegible]moris et benevolentiae officiis tam benigne [illegible]n me honestastis; deinde cum infulae sacrae [illegible]onorem audivistis a me devitari, gravi curaru[illegible]n aestu jactati fuistis; tum ad extremum m[illegible]nifestis iterum laetitiae signis, et gratiarum [illegible]actionibus obtemperationem meam voluntati [illegible]ac legi Sacratissimi Principis excepistis. Vestros[illegible]s in amplexus jucundissimos maximis quam [illegible]potero itineribus pro-

(a) Ex lib. Reg.

pediem occurram, postquam videlicet PII VII clementia in Patrum Cardinalium numerum cooptatus, quae sunt amplissima hujus ordinis officia ac munera diligenter sancteque expleverim; eaque me celeriter expleturum esse profiteor. Tunc ad hujus lectissimae Ecclesiae gubernacula manum, Deo auspice, praesens admovebo; ac quidquid auctoritate, industria, fide valeam, id omne in rem vestram me naviter, quoad in me situm erit, polliceor collocaturum.

Quocirca in primis vos, spectatissimi Viri ad *Dignitates* evecti *Ecclesiae Metropolitanae*, ejusdemque *Canonici* omnes, qui supra ceteros Clericos honoramini, vos alloquor. Vos estis *gaudium meum, corona mea* (*a*), vos *memorabile Presbyterium dignum Deo, ita cooptatum Episcopo ut chordae citharae* (*b*). Vos Episcopum *opera atque officio*, ut hactenus fecistis, *juvate* (*c*). Pergite *vosmetipsos ceteris non modo fidelibus sed et Sacerdotibus*

(*a*) S. Paulus.
(*b*) S. Ignatius epist. ad Ephesios.
(*c*) Trid. de Reform. Sess. 24. cap. 12.

****

quamdam vivendi regulam exh [illegible] e (*a*). Ita sacris operamini, ita preces Deo [illegible] dite, laudesque concinite, ita *inter vesti* [illegible] *m et altare plorate* (*b*), ut religio vestra [illegible] itam sacris mysteriis ac ritibus veneratione [illegible] mnibus, atque etiam iis ipsis qui *ex nos* [illegible] *s non sunt*, concilient, vosque populus hab [illegible] acceptos Deo deprecatores. Iurgia, discordia [illegible] partium studia numquam eam, quae inte [illegible] os praecipue esse debet, dirimant caritatem [illegible] *Cor unum et anima una* sit vobis *persevera* [illegible] *ibus unanimiter in oratione*, *et pax Dei* [illegible] *quae exuperat omnem sensum* (*c*), *custodi* [illegible] *corda vestra et intelligentias vestras*.

Maxima etiam spes mihi [illegible] affulget a vobis, *Parochi* praestantissimi, qui u [illegible] ue adhuc in grege Christi pascendo Episcopi [illegible] vestris solatio atque adjumento fuistis, et qu [illegible] rum opera ad pastorale officium meum funge [illegible] ndum potissimum indigeo. Vos, qui Pastores [illegible] ecum estis, *pensate, quia Dei animalia pasc* [illegible] *itis* (*d*). Vos boni

(*a*) S. Petrus Damian. epist. [illegible] 1. lib. 2.
(*b*) Ioel. cap. 2.
(*c*) Ambros. de offic. Min. li [illegible] ib. II.
(*d*) S. Gregor. Magn. Hom. [illegible] XVII. in Luc. X.

Pastoris, qui Christus est, exemplo, *agnoscite vultum pecoris vestri, vestrosque greges considerate, et pascite oves exemplo, verbo, et oratione* (*a*). Ad pascua salubria oves ducite; vigilate acriter, ut non modo a luporum ac furum, sed et ab eorum, qui *veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*, insidiis sive noctu sive interdiu tutae sint; et si qua erraverit, eam diligenter exquirite; ac si contigerit invenire, collo impositam reducite ad ovile. Si qua morbo fuerit affecta, levissima remedia adhibete, nec nisi necessitate coacti ad acriora et graviora descendite. Cavete tamen, ne turpiter fugiatis, si aliquando videritis venientem lupum; sed *animam* vestram ipsam, cum opus erit, *ponite pro ovibus vestris* (*b*). Quumque mysticae vineae cultores sitis, tribulis ac vepribus illam purgate: bonum semen seminate, inutiles ac succrescentes herbas, quae triticum suffocant, evellite, ac zizania eradicate. Nulla vobis nimia videatur sollicitudo, nullus immodicus la-

(*a*) Ex variis Scripturae locis, et ex S. Bernardo Cantic. Cantior. cap. 1.

(*b*) Ioan. X. II.

bor pro eorum salute susceptus [illegible] pro quibus Dei Filius tam aspera pati, ac [illegible] guinem vitamque profundere non dubita[illegible] (a). Nihil ministerio, ad quod vocavit v[illegible] Deus, praestantius, nihil sublimius excogita[illegible] potest; siquidem, ut Dionysius Areopagita i[illegible]it: *omnium divinorum divinissimum est co*[illegible]*rari Deo in salutem animarum* (b).

Nunc autem vos appello [illegible] omnes *Sacerdotes* et *Levitae*, nec non [illegible]tquot Ecclesiasticae militiae nomen dedist[illegible] Vobis gratulor, et *Dominus scit, quia n*[illegible] *mentior*. Ad majorem Dei Omnipotentis gl[illegible]iam dico: *neque enim qui plantat est ali*[illegible]*id, neque qui rigat, sed qui incrementum d*[illegible] *Deus* (c). Vobis iterum gratulor, quod a [illegible]urba hominumque frequentia ultro seceditis[illegible]et *solitudine* alimini, ubi Deus *loquitur ad c*[illegible]*or vestrum*. Mores vestros religiosos, justos, [illegible]integros, proinde probatos ei, qui *pascitur* [illegible]*nter lilia*, probe novi. *Sic state in Domino se*[illegible]*mper*. Plurimum

(a) Chrisost. Hom. III. in act. [illegible] Apost.
(b) De coel. hier. III.
(c) Paul. I. ad Corint. III.

vos quoque mihi profuturos spero, sive qui sacrosanctam divinamque Hostiam Deo viventi immolatis, sive qui traditam ab eo virgam, Moysis virga longe praestantiorem, habetis in manibus, qua peccatorum vincula modo remittitis, modo autem salubriter ad tempus retinetis, sive qui altari ceteris officiis inservitis, sive qui in inferiori gradu jam locati, Dei ipsius nomine vestris in frontibus impresso gloriamini ubique terrarum.

Nec vero praeterire vos possum, qui ad religionem ac bonas artes in *Seminario* Meo incumbitis, *Clerici* adolescentes. Vos, ut Augustini verbis utar (*a*), *estis Ecclesiae spes, vos germen pium, examen novellum.* Expectationi meae respondebitis, si bene moratos vos, uti par est, si obedientes subjectosque eis, qui vobis praesunt, si modestissimos, qua virtute in aetate ista haud est ulla commendabilior, si denique sedulos vos impigrosque in tuenda pietate, atque in humanioribus disciplinis addiscendis jugiter inveniam.

Alloquor modo vos, *venerabiles religio-*

(*a*) Serm. 6. in oct. Pasc.

sarum familiarum Alumni, prae [illegible] um decus atque ornamentum Ecclesiae. A [illegible] numquem-que vestrum, quoquo tandem [illegible] ro indutus vestitu sit, apte cadit haec vox [illegible] *Quam pul-chri sunt gressus tui*. Etenim [illegible] l est, quod hortor vos, ut illustria patrum v [illegible] orum exem-pla imitemini, cum in maximi [illegible] isce Christia-nae Reipublicae fluctibus eos v [illegible] praestiteritis, qui ab vocatione vestra atque [illegible] majorum ve-strorum vestigiis numquam dec [illegible] asse jam splen-dide ostendistis. Vos omnes [illegible] cor, ut tradi-tum fidei meae gregem juvare [illegible] elitis, quo ma-gis in omni bono opere abu [illegible] et: sic *vestra nomina in libro vitae scriber* [illegible] *ur*.

Sacrae Virgines, portio [illegible] cta gregis Chri-sti, Virginibus prudentibus [illegible] miles, quae in Sponsi occursum pergentes [illegible] um lampadibus oleum sumpserunt, Virgines [illegible] estote sanctae ani-mo et corpore, atque lam [illegible] ades operum bo-norum prae vobis persever [illegible] anter ferte. At il-la, cui insistere debetis, [illegible] supereminens via, idest caritas, merito per ole [illegible] m significatur (a). Vos *reliquistis omnia, et* [illegible] *secutae estis Iesum*,

(a) August. Serm. XCIII. d [illegible] e Verb.

et ideo *centuplum accipietis, ac vitam aeternam possidebitis*.

Vos vero, devotae Deo Virgines, quas veluti columbas ex arca, superiorum temporum calamitate, e nidulo vestro contra Pontificis Maximi votum adhuc extorres, et in laicorum domibus adhuc dispersas lugeo, spero vos quam primum in claustra, nempe in optatissimum portum tranquillitatis vestrae reversuras, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Pretiosi vos lapides estis, quos impietas dispersit in capite viarum omnium, et quos pro institutorum vestrorum ratione in religionis ac virtutum aedificia colligere denuo fas est omnino. Id ut propediem fiat, nisi quae gravior causa obstiterit, magnopere opto, atque adeo prae viribus curabo.

Res jam postulat, ut vos compellem, *Optimates* omnes, qui cum generis nobilitate floretis, tum habetis magistratum. Vos in montis altitudine quo sublimius positi estis, eo magis eminetis et apparetis. In oculis multitudinis, quae in valle collocatur, ambulatis. Gressus igitur ac mores vestri lucerna sint ocu-

lis intuentium vos, ut et ipsi eam t[illegible]ntes vir-
tutis viam, quam vos tenuistis, i[illegible]nctitate
et justitia coram Domino inceda[illegible] omnibus
diebus suis. Religio, probitas, inte[illegible]as usque
eo in vobis requiritur, ut si culpa[illegible] peccato
non carebitis, minus excusabiles futu[illegible]sitis, cum
educatio ingenua, praeclara maj[illegible]n facta,
acquisitaque dignitas cohortentur [illegible] virtutem.
Quare quo magis conspicui estis, [illegible] vos acrius
ad virtutem oportet incedere, ut [illegible]gus, quod
vestigiis vestris plerumque solet i[illegible]stere, ma-
gis magisque ad optimam vitae [illegible]ionem imi-
tandam inflammetur.

Nec minorem in vobis sp[illegible] repositam
habeo, clarissimi *Professores*, q[illegible] juventutem
ad litteras et disciplinas inform[illegible]is. Vos non
tantum ingenii ac doctrinae laude[illegible]ntecellitis ce-
teris, verum etiam laudibus [illegible]sce scientiam
Sanctorum, religiosas virtutes, c[illegible]ctrinam Chri-
sti copulatis. Namque *scienti*[illegible], quemadmo-
dum Doctor gentium testatur, [illegible] *inflat* (*a*). Un-
de et idem Apostolus jubet, *n*[illegible]*on plus sapere,*

(*a*) I. ad Corint. VIII.

quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (*a*). Cavete ergo sedulo, ne auditores vestri, spes patriae, et filioli mei carissimi, *doctrinis variis et peregrinis abducantur* (*b*). E vestris manibus eorum sanguinem requiret Deus, si qua animula culpa vestra, quod absit, peritura sit.

Vos postremo, quotquot estis cujuscumque ordinis et conditionis viri ac mulieres, utiles mihi futuros confido, si unusquisque statum suum tueri, et obligationes, quae ex eo cuique obveniunt, implere conabitur. Si singula in quolibet genere rerum gravissimarum scribere vellem, epistolae modum excederem; praeterea mihi jam jamque ad vos venturo integrum erit de iis vobiscum conferre, et quae ad bonum Dioeceseos universae pertinere videbuntur, commodius consectari. Quare interim Apostoli verbis (*c*) et vos omnes, et memetipsum excitabo, ut esse velimus *odentes malum; adhaerentes bono, caritate fraternitatis invicem di-*

(*a*) Ad Rom. XII.
(*b*) Ad Hebr. 13. vers. 9.
(*c*) Ad. Rom. XII.

ligentes , *honore invicem praeven*[illegible]*es* , *sol-licitudine non pigri* , *spiritu fer*[illegible]*es* , *spe gaudentes* , *in tribulatione patien*[illegible]s , *oratio-ni instantes* , *necessitatibus San*[illegible]*rum com-municantes* . Vos omnes et meri[illegible] et aeque diligo et caros habeo in viscerib[illegible] Christi Ie-su , nec ulla apud me est pers[illegible]rum acce-ptio . Quo magis Deum diligetis[illegible] mihi eri-tis cariores atque jucundiores .

Confugiendum interea , V[illegible]rabiles Fra-tres , Dilecti Filii , in tutelam [illegible] fidem cum Divi *Georgii* Martyris , cujus no[illegible]e et Metro-politanam Ecclesiam nostram [illegible]signiri, et pa-trocinio civitatem omnem gloria[illegible] gaudeo, tum Divi Maurelii pari martyrii laure[illegible]decorati, quem etiam, cum magna spe, venera[illegible]ini patronum. Ad utrumque converto animu[illegible]meum, ut sint apud Deum advocati, nobisqu[illegible] auxiliis adsint opportunis .

Sed potissimum votis prec[illegible]ibusque meis ad-sit *Mundi spes Maria*, quam, [illegible] tametsi festorum dierum *varietate circumami*[illegible]*tam* , ego tamen septeno dolore transfixam prae[illegible]cipue colere, pre-cari , et venerari solitus su[illegible], et quam a te-

neris unguiculis Matrem meam et Dominam semper laetor appellare, atque adamare. Hujusmet patrocinio ac validissimae tutelae indignus filius, atque humilis servus, gregem meum mihi carissimum commendavi. Quae vota a me nuncupata ut facilius uberiusque contingant, Virginem Deiparam vos quoque orate atque obtestamini; et tali protectione gaudentes, omnia certe bona et in praesenti et in futuro seculo consequemur.

Ceterum, antequam manum *tollam de tabula*, vos insuper enixe hortor, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, ut frequenter oretis pro felici statu Ecclesiae Romanae. Rursus orate pro eo sanctissimo et maximo Viro, quem unum constantissimum et providentissimum S. Petri Cathedrae ac Pontificiae ditionis moderatorem PIUM SEPTIMUM tam nostri homines, quam exterae nationes admirantur. Orate, iterum atque iterum dico, pro Episcopo vestro qui multam vestris in precibus fiduciam se habere testatur.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, state unanimes in spiritu Dei, qui nos custodiat, guber-

net ac regat . Interea Deus et Pat Domini No-
stri Iesu Christi , pater misericordi rum, et Deus
totius consolationis, qui dedit nobis bonam
spem, consoletur corda vestra , e benedicat vos
in omni benedictione in Christo . Amen.

Datum Romae extra Port m Flaminiam
ipso Consecrationis nostrae die VII. Kalendas
Quintiles Anni MDCCCXXIII.

FINIS

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Mag. Sacri Palatii Apostolici.

J. Della Porta Patriarcha Constantinop. Viceg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Dominicus Piazza Mag. et Soc. Reverendissimi S. P. A. M.